



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De Irregularitate orta ex officio, & Ratiociniis. Caput XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

§. II.

Quis dispenset Irregularitatem ex Hæresi.

1. **D**E summo Pontifice non est dubium, De Praelatis Regularium, & Commisario Crucia: dixi breviter supra cap. 15. §. 18. Hic ergo solum debet esse sermo de Episcopis, Episcopali Jurisdictione fungentibus

2. Ex oppositione sententiae aliquorum dicentium, oriri Irregularitatem ex hæresi occulta. Dico, esse valde probabile, eam posse ab Episcopo dispensari. Cum enim Tridentinum concedat Episcopis, eos dispensare posse in omnibus Irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, & ex probabili sententia, quam alibi diximus, supponamus, hanc potestatem non esse ab ipsis ablatam à Bulla Cœnæ sequitur posse eos dispensare, etiam in hac Irregularitate ex hæresi occulta.

3. Dico Secundo. Episcopum non posse dispensare in Irregularitate orta ex delicto hæresi. *Exhibitellus* si publico, vel deducto ad forum contentio-
hæresi c. sum: id, quod constat ex dicto T: id. *Jeff. 1. 4. 6. 6.*
du. 21. de Reform.

4. Solum hic non erit inutile scire, aliquos a docere Episcopum posse ad usum aliorum Ordinum, præter ipsis Sacerdoti, dispensare cum (utique reconciliatum) qui Ordines suos Pri V. sperat ante lapsum in hæresim: quod certè improbatum non est. Et hic per hanc occasio-
Drec. In-
nem adverte, Pium V. prohibuisse, ne Inquisi-
p. 3. tores ipsi dispensarent Præsbyteros conversos
175. ab Hæresi ad Missam celebrandam: de quo vide
informati-
latius apud Santarellum. *c.*
donec in
Detal. 1. 2.

CAPUT XIX.

§. I.

De Irregularitate orta ex administra-
tione Officii temporalis, & obli-
gatione ad ratiocinia.

AFFINIS est hæc Irregularitas causa ei, que aliquanto superioris dicta est, à defectu libertatis, per utramque enim est quis alteri obligatus.

Qui ergo sunt adstricti ad administrationem rerum temporalium alterius, & ad reddendum de ea rationem, sive quoad actiones, quas ad ratiocini-
nia. C. 1. 2. tempore administrationis exhibuerunt, sine d. 3. diff. Irregulares, dum ea obligatio perseverat; Sic n. & C. 3. enim obligati, sunt minus apti ad functiones sif. 1. 4. Sacras ac divinas officia.

2. Sub nomine autem horum administrato-
rum, quos uno nomine, Curiales appellant Sa-
cri Canones, comprehenditur quilibet ad-
ministrator rerum publicarum, pura Thesaurarius,
Depositorius publicus, Advocatus, Actor, Exe-
cutor, Magistratus, quos Jucatos nos appella-
mus, Judex, Capitanus, Prætor, Satelles, So-
licitator, Procurator, Commissarius, Nuntius

publicus. Comprehenditur etiam, ut notat a Suarez, Procurator personæ privatæ, quicquid neget Toletus, immo, & Feudatarius, qui obli-
gatur obsequia personalia Domino Feudi ex-
hibere, Dux, Miles, Arcis Praefectus, Tutor, &
Curator. Excipiuntur tamen Administratores
Episcoporum, & rerum Ecclesiasticorum,
quamvis temporalium, immo, & Tutores Pau-
perum, seu Misericordium personarum, atque
adeo Viduatum, Pupillorumque valde indi-
gentium, seu alio adjutore carentium: hæc
enim cum sine opera pietatis, Clericalem sta-
tum nequaquam dedecet, immo in praxi vi-
deo, aliquibus in locis, nullum Tutorem ex-
pellit ab Ordine; unde colligo, hac in re multum
valere consuetudinem, & morem Ecclesiarum.
Excipiunt item saltem ex consuetudine, &
tacita Pontificis concessione Consiliani Regij
tractantes res civiles dumtaxat. Hæc fuisus
tractata habes apud Suarezum, Galp. Hunt. Lay-
man, Castrop, citatos, aliosque.

13. n. 7.

3. Quoniam vero hæc, quæ diximus, tria in-
voluant. Primo, officij administrationem. Se-
condo, obligationem ad redditam rationem.
Tertio, post redditam rationem, obligationem
ad soluendam summam aliquam pecuniae, vel
ad luendam aliam pecuniam ipsi inflatam: ideo
non ignores, Irregularitatem hanc oriunt ex so-
la officij administratione, & item (ex mea,
aliorumque sententia contra Toletum) b ex *Tolet. ap.*
sola obligatione an ratiocinia, quod solet eve-
nire, quando, deposito officio, non dum parti
in Ratiocinijs satisfactum est, & multo magis
ex utraque. At ex obligatione ad soluendum
poenam post redditam iam rationem, distin-
guendum est.

4. Si post redditam rationem, nullo inter-
veniente dolo, remaneat quis astriktus æri alieno, vel peccate non infami, probabilius est, non est. *c. Suar. loc.*
est prohibendum ab Ordine, quia Jura de *Castrop. L.*
hac re (quæ cum sint odiosa, sunt restringen- *c. n. 11. G.*
do) loquuntur de obligato ad ratiocinia, non *Hur. l. c.*
vero de obligato ad solvenda debita ex datis *Diana p. 4.*
jam ratiocinijs, sicuti, nec loquuntur de debitibus *tr. 2. ref. 98*

ex aliis contractibus, nam propterea, si ex contractu v.g. mutui, vel emptionis, vel depositi, & similiū nullam administrationem alterius continentē, quamcumque summam alteri debet, Irregularis ex hoc capite non erit.

At, si remaneat astrictus ex dolo, vel certe, si probabilitate timetur, ne moveatur lis de dicto dolo, erit ex capite Infamia, vel probabilis periculi, ne succumbendo liti, Infamis erit, inquam, arcendus ab Ordine, donec lis finiatur?

Debet tamen definiri tempus ad item terminandam, ne Adversarius nimis in longum

a Sayr. de Cens. l.6.c. 5. Inquires: Si quis, dum est in officio publico, ordinetur (sancte cum peccato gravi, quia prohibitus de re gravi est) licetene poterit Sacras functiones peragere, & in officio persistere?

b Sayr. l.c. 6. Respondeo. Nequasquam b; cum enim Toller lib. i. hic, durante officio, vel obligatione astrictio, sit Irregularitate initia, liber non erit, ut possit accedere ad altare: quicquid dicat Bonacina e inducens quedam Textum, qui, si penetreretur, id non dicit. Immo, si quis non

q. 2. p. 4. n. 3. V. Tertio dum absolutus a ratiociniis initietur, debent illius bona traditi Creditoribus. Quod si canon in obligat. sufficient, reliqua denerbit Epilocus, qui

d Sayr. l.c. illum initiat, si id scienter fecerit, compen-

Vgl. de Ir- fare. 7. Quid si administratio, vel obligatio ad ratiocinia superveniant jam legitimè ordinatio, inferetne Irregularitatem?

Respondeo. Non inferset, quia iura semper loquuntur de eo, qui Ordinem non habet, prohibentque, ne quis ordinari possit. At nihil lo-

e Vgl. de Irreg. l.c. n. 8. 11. quantur de jam ordinatio. Ita Vgl. e & alii.

Irreg. l.c. n. 3. Innoc. c. 1. Quomodo cesset hac Irregularitas.

sinic. de ob. ligat. ad ratiocin. 1. Cessabit sine dubio, si dispensetur quis à

f. C. Odo- ard. de So- luitio Suar. d. 51. de Cens. se. 5. 19. 4. 7. 1. potente hanc dispensationem concede- re, de quo, mox. Verum alio item modo, quasi ex natura sua, cessabit, si Primo, officium deponatur. Secundo, si redatur ratiocinium, vel saltem praestetur pignus, seu fidejussio, qua quis administrationis rationem se reddatur, promittat, vel in causa mortis litis ratiocinii causam assumit. Tertio si quis bonis cedar, eo modo, quo non redditus Infamis, quod certum est in Clerico configente ad remedium Capitis f. Odoardi, ob quod non incurritus Infamia, inquit, naendicitas.

§. III.

Quis Dispensat in Irregularitate ex officio, vel obligatione ad ratiocinia?

1. Non nisi summus Pontifex, dum durat Officium, vel dicta obligatio, iis enim non durantibus, iam cessare Irregularitatem, diximus modo. Episcopum non posse, certum sit, quia haec potestas nullib[us] ip[s]i concessa est.

C A P U T . X X.

De Irregularitate orta ex Pauperitate.

§. I.

1. **T**AMETSI Paupertas propriam Irregularitatem nequaquam pariat, quia tamen hominem non solemniter in Religione Professum impedit ab Ordinibus, præfertim Majoribus; ideo de ea hic nonnulla sunt afferenda. Nonnulla, inquam, plura enim de cädiximus, cum de Patrimonio Ordinandi locuti sumus. Hic igitur notanda sunt tantummodo quatuor.

2. Primo, Pauper in hac materia ille dicitur, qui coagrua sustentatione caret. Quare, si quis locuplete gaudens Patrimonio, ita tamen aere alieno gravatur, ut eo pro Creditoriis subducto, ip[s]i non remaneat, quo honeste vivat, pauper est, nec ad Ordines admittendus: at, si a Sust. de condonationem a Creditoriis habeat, vel Cens. d. 1. commoda sustentatione servata, reliquis bo- s. 2. 7. 11. nis cedar, modo non inducente, pro consuetuo. Emiss. n. fine regionis, infamiam, seu notabilem deducit, ad Ordines admitti utique potest, ut dixi 200. Cap. præced. §. I.

3. Si quis, modo dicto pauper, ordinetur, peccare mortaliter diximus cum de Ordine: at si jam (est cum peccato) initiatus fuit, Inquires Primo, an licet, durante paupertate, Ordinem exerceat, Missam v.g. celebrando. Secundo an incurrat celebrando aliquam penam?

4. Respondeo. Ad primum, puto illicet mortaliter celebrare. Sicut enim, qui ante tempore scienter promoveri se sisit, peccare celebrando, nondum adveniente perfetta etate, quia ut alibi supra diximus, Irregularitas, que prohibet hominem promoveri, prohibet, scilicet promotus ante dispensationem suscepimus Ordinem exercitat; ita in casu, de quo agimus. Neque dicas, si promotus cum Patrimonio illud amittat, non prohiberi Missam celebrare;

ergo,